



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Henr. Harphii Theologi Eruditiss. Ordinis  
Minorvm, Ac Rervm Divinarvm Contemplatoris eximij.  
Theologiæ Mysticæ Libri Tres**

**Henricus <Herpius>**

**Coloniæ, 1611**

De mundo corde, quod solum est templum Dei, & de recto corde, ac de  
gaudio, & suavitate spirituali. Cap. XXIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37362**

prosequens tramite rectissimo, foueas transiit, pelleque propria contempta, medias spinas, vepres & tribulos ingreditur, vbique lustrans & perquirens, ac praecurrentis feræ tactus odore tenui gaudens, vociferatur, vt vel sic tandem feram optatam comprehendat: quanto magis veri Christiani, Christi vestigia roseo sanguine resperfa, per infinita tribulationes, persecutiones, & tentationes sequi debent, pro nihilo ducentes, quicquid triste vel poenale poterit euenire, dummodo Christum valeant apprehendere, exemplo eius, qui dixit: *Quis nos se-* Rom. 8.  
*parabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an iudicium, an periculum, an gladius?*

*De mundo corde, quod solum est templum Dei, & de recto corde, ac de gaudio, & suauitate spiritali.*

Cap. XXIX.



*N lectulo meo per noctes quiesci, quem diligit anima mea. Anima, quæ Deum quarit, & ad Dei dilectionem & cognitionem plenius pertingere cupit, in lectulo, id est, in quiete mentis hunc querere debet. Nisi enim ab exteriorum cura & occupatione quiescerit, Deum querere non potest, nec inuenire meretur. Per noctes etiam querendus est sponsus in lectulo conscientia, id est, per aduersitates tam exteriores, quam interiores, in quibus etiam sponsa amore sponsi quiescere debet, omnia gratâter cõplectendo. Lectulus enim est pax & tranquillitas cordis, sedatis angustijs etiã in omnibus aduersis, quia iam sponsa fertur latitudine charitatis. In quo lectulo sponsa quiescit, & sponsum quarit, etiã per noctes, quando non solum sopita sunt carnis desideria, sed etiam corde quieto & grato suscipiuntur omnia impugnantia aduersa. Siquidem in die laboratur, & in nocte quiescitur. Prudentia igitur, secundum Plotinũ, prout est virtus purgati animi, est diuina, non quasi in electione praefere, sed hæc sola noscere, iugiter speculari, & tanquam nihil aliud sit, delectabiliter intueri. Et hæc inter beatitudines conuenit cum mundis corde, qui beati dicuntur, quoniam ipsi Deum videbunt. Dicit enim Matth. 5.  
Compendium, quod munditia cordis est, qua cor clarificatur & mundatur ad Deum videndum, & ardentissimè diligendum. Non enim accipitur hic pro virtute, sed pro statu quodam, qui est purgati animi. Mundi corde sunt, quos non arguit conscientia peccatorum, qui declinant à quolibet malo, & omne bonum faciunt quod possunt, bono fine, & re-*

Bb 2

& re-

& recta intentione. Cor enim mundum, ex quo mala cogitationes nō procedunt, Deitemplum est, quia tunc totus homo mūdus erit. Nam in corde peccata oriuntur, & radices figunt: quæ si succisæ fuerint, nō est vbi crescant. Dicit autem Augustinus lib. de perfectione iustitiæ: Distat inter mundum corde, & rectum corde. Nam rectus corde in ea, quæ ante sunt, extenditur, ea quæ retrò sunt, obliuiscens, vt recto cursu, id est, recta fide & intentione perueniat, vbi habitat mundus corde. Innocens manibus & mundo corde. Ecce, quia rectus & innocens corde ascendet, sed mundus corde stabit. Nec est maior iucunditas, quam conscientia puritas, quia gaudium & exultatio deuotorum, ex bona conscientia procedit, Apóstolo dicente: *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ.* Dicit etiam Casarius, quod dulcedo, pax & securitas, sunt tres sorores germanæ, & frater earum est gaudium spirituale. Vis ergo nunquã esse tristis, bene viue, quia vita bona semper gaudium habet. Quia, secundum Bernardum, magnæ diuitiæ sunt bona conscientia. Et reuera, quid dulcius in rebus creatis? aut quid ditius? Titulus religionis, ager benedictionis, hortus deliciarũ, arca Dei, gaudium Angelorum, thesaurus regni, habitaculum Spiritus sancti, spectulum animæ purum & clarum, quo se cognoscit & Deum, est pura conscientia. Splendorem enim veri luminis, vt dicit Leo Papa, sordēs acies videre non poterit. Et, quod erit iucunditas mentibus nitidis, hoc erit pœna maculosis. Declinentur ergo terrenarum caligines vanitatum, & ab omni squalore iniquitatis interiores oculi tergatur, vt serenus intuitus tanta Dei visione pascatur. Mundus enim Deus mundo corde conspicitur, & templum Dei nō potest esse pollutum. Mundemus ergo corda ab omni ignorantia, per inquisitionem veritatis: & ab omni mala concupiscentia, per amorem virtutis, vt Deum videre mereamur hic & in futuro. Nam, secundum Chrysostomũ, qui omne iustitiam facit & excogitat, mente sua Deum videt: quia iustitia figura Dei est. Deus enim iustitia est. Sic & bona actio, & humilitas hominem Deũ faciunt super terram, vt dicit Abbas Isaac. Secundum igitur Augustinum, magna virtus est actio bona cum humilitate, quia reddunt hominem quodammodo diuinum. Vnde summa perfectio videtur esse cordis munditia, & incorruptio, quæ proximum facit esse Deo: quia ad veram beatitudinem (quæ cõsistit in visione Dei) est immediata dispositio. Dicit enim Aegheppus, quod omnis, qui voluerit esse

Rectus  
corde.  
Philip. 3.

Psal. 23.

Gaudiũ cõ-  
scientiæ  
bonæ.  
a. Cor. 1.

Sapient. 6.  
Cor mundũ  
quàm sit  
gratũ Deo.

esse maiestati essentiaq; diuinæ familiaris, in mentis se exerceat puritate. Semper nimirum ab aeterno extitit amica diuinitatis excellenti munditia ac puritas mentis nostræ. Sola namque munditia mentis, secundum Ambrosium, in se Deum recipere, eo frui, in eo quiescere & gaudere potest, quia mens munditia pollens & virtute, sola templum esse maiestatis excellens. Ideo cum summa suauitatis dulcedine Christus applicatur animæ mundæ, sed in infinitum elongatur à fœda mente, in damnatione corporis & animæ: quia nisi mens munda fuerit à scelere, nunquam ei degustare datur suauitas dulcedinis internæ. Vnde S. Bernardus: Impossibile est, quod nisi mundata fuerit domus animæ, liquor aliquis infundatur celestis roris & gratiæ. Hinc consultit Augustinus dicens: Tu qui veram requirerem, quæ post hanc vitam Christianis promittitur, desideras, etiam hinc eam inter amarissimas huius vitæ molestias dulcem & suauè gustabis, si eius, qui eam promittit, præcepta dilexeris. Cito enim senties dulciores esse fructus iustitiæ, quam iniquitatis; & verius atque iucundius gaudebis de bona cōscientia inter angustias, quam de mala inter delicias. Nam etiã in homine mortali, læticia cōscientiæ quædam Dei paradisi est, quia suauissima & saluberrima requies est animæ cōscientia munda, secura & quieta. Et Ambrosius: Dico, inquit, beatam consistere vitam in altitudine sapientiæ, & suauitate cōscientiæ, & in virtutis sublimitate. Denique, illa cōscientia pura dicitur, secundum Hugonem, quæ de præterito non habet iustam accusationem, & de præsentem iniustam delectationem, ac de futuro falsam voluntatem. Econtra (secundum Richardum) quamdiu cōscientia in nobis aliquid imperfectionis inuenire poterit, eius nos respectus confundit & cruciat: cuius stimulus nunquam finitur, donec omnis imperfectio de medio tollatur, & ad integritatis plenitudinem homo reformetur. Puritas etiam cordis in hoc consistit, quod quis purè quærat gloriam & voluntatem Dei, ac vtilitatem & salutem proximi, vt in omnibus corde, ore, opere, nihil aliud quærat, quam honorè Dei, vel proximi salutem, aut vtrumq;. Cor enim, secundum Augustinum, nil simplex fuerit, mundum non erit. Vna verò intentio æternorū purificat animum. Mutabilem autem amor obnubilat mentis aciem. Nihil autem sic inclinât Deum ad pietatem & misericordiam, sicut mundus, & purus mentis affectus ad ipsum. Denique munditia cordis consistit in vtriusque hominis integritate, diuini amoris intuitu obseruata, quæ consistit in purificatione intellectus

Conscientiam  
pura quæ.

Puritas  
cordis.

Munditia  
cordis in  
quibus cō-

& affectus. Intellectus, ut sciamus quid agere debeamus: affectus, ut ea, quae diligimus, agere valeamus. Unde omnis cogitationis origo, omnis delectationis scaturigo, & omnis linguae operisq; propago, consistit in corde. Si ergo fons cordis purus est & mundus, tunc & fluitus exiens ab eo. Quae puritatem Bernardus affectans, ait: O Domine, cur intermissi villo tempore versari te in toto corde meo, te tota mente amplecti, in tua dulcedine delectari? Omnia interiora mea tunc vbi erant, quando tecum non erant? cum habeat in te omnis creatura, quicquid habet desiderabile, laudabile & delectabile. Nimirum cum omnia casta consilia, & alta suspiria, ac caelestia desideria de fonte puritatis emanant, sic & omnia suavia, dicitur Ambrosio: si non amas cordis puritatem, non gustabis Dei suavitatem. Vbi enim puritas, ibi Dei suauitas degustatur.

*De prudentia, quae est sustentatrix, directrix, & moderatrix aliarum virtutum, rationem relictans. Cap. XXX.*



*Quintus meo in curribus Pharaonis assimilavi te amica mea.*

*Cant. 1. Quasi dicit: Exercitui meo, scilicet, Israelitico*

*populo, ab exercitibus Pharaonis persecutionem passum,*

*sed a me liberato, assimilavi te amica mea: quia sic te li-*

*berare paratus sum a diabolicis impugnationibus, & hu-*

*manis persecutionibus, tanquam amicam meam. Pro quo notandum,*

*quod currus Pharaonis & exercitus, sunt omnia vitia & peccata, quae*

*vocantur etiam in Euangelio demonia, quibus utiq; deducit omnes*

*impios ad inferos. Unde dicit alibi sponsa: Anima mea conturbata est,*

*quibus anima prouehitur ad superos: nimirum cum currus Dei dica-*

*tur, decem millibus multiplex, millia laetantium, scilicet Angelorum. Ro-*

*tae vero currus Dei, sunt quatuor virtutes cardinales, quae sunt quae-*

*dam fundamenta primaria omnium virtutum moralium & in-*

*tellectualium, etiam donorum & beatitudinum, ac fructuum Spiritus*

*sancti. His ergo rotis in curru Dei vehuntur anima iustorum ad regna*

*caelorum. Nam sicut populus Israeliticus currus Pharaonis fugiens &*

*euadeus, in deserto postmodum annis quadraginta multas sustinuit*

*tentationes & persecutiones, ac tandem multos reges impugnans &*

*deuincens, glorioso triumpho terram promissionis ingressus est: sic*

*anima sancta peccatis omnibus fideliter renuntians, postmodum re-*

*men-*

Luce 11.

Cant. 6.

Psal. 97.

Currus Dei,  
q; eius.